

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Adulacio p  
cum fonte primo

Ne credas laudatoribus tuis,  
immo irrisoribus aurem ne libenter  
accommodes, qui cum te  
adulationibus fouerint et  
quomodo impotentem meritis effecerint,  
si subito respexeris,

deprehendes post te colla incuruari,  
aut manu auriculas agitari asini,  
aut estuantem canis protendi linguam.

Ieronymus in epistola ad Rusticum  
monachum.

ne credas laudatoribus tuis,  
immo inrisoribus aurem ne libenter  
adcommodes, qui cum te  
adulationibus fouerint  
quodam modo inpotem mentis effecerint,  
si subito respexeris,  
aut ciconiarum  
deprehendas post te colla curuari  
aut manu auriculas agitari asini  
aut aestuantem canis protendi linguam.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*,  
125.18 (CSEL 56, I. Hilberg ed., p.137,  
ll.8-13).